



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tuba Tragica, Seu Historiæ Horroris Plenæ Dominicis Per  
Annum Concionatorio ritu aptatæ, Quibus ad oculum  
ostenditur, quàm acribus pœnis flagitia proscindat  
scelerum Ultor Deus**

**Selhamer, Christoph**

**Norinbergæ, Anno Gratiaë M.DC.XCIX.**

Concio XXVI. Dom. I. post Pentecosten. Orci præda plutophilus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52721)



CONCIO XXVI.  
DOMINICA I. POST  
PENT.

*Date & dabitur. Luc. 6.*

Orci præda Plutophilus.

**D** Em ineffabilem Dei misericordiam ! Opt. AA. ita miserentis miseretur , ut etiam levidenssem gratiam grandibus gratis remuneretur. Ita danti dat, ut vota dantis non tantum expleat, sed excedat. Quisquis donariis cumulati exambit, artem hic lo-  
 ci nactus est, quidquid in votis habet, comparandi. *Date, & Dabitur.* Sunt hi duo fratres uterini *Date & Dabitur*, à se mutuo inseparabiles ; hujus unionis evidens testimonium præbet Monasterium illud, quod largis eleemosynis in pauperes erogatis, locuples evasit, iis verò subtractis, ad summam pauperiem defluxit, ut perhibet (1) Cornel. Querebatur hoc ipsum hospiti peregrino sordidus Procurator, sed ab eo veri nominis causam excepit : *Date*, inquebat ille, & *Dabitur*, duo sunt fratres: vos primum, cui nomen *Date*, vestrò è cœnobio ejecistis ; mox ergò ejectionem fratrem suum secutus est comes individuus, cui nomen *Dabitur* ; vultis ergò, ut iste ad vos revertat, ocius ab exilio primum revocate, & largas, ut prius, eleemosynas distribuite. His dictis, vanuit ex oculis veridicus hospes, & saniora docuit euclionem. Nempe! à se mutuo pessimè separantur, quos insolubili gordio DEUS conjunxit. Efrons fuerit audacia, quâ binis hisce fratribus dicitur ; dic enim, quâ fronte à Deo beneficia expetis, qui Deo petenti debita obsequia subducis? Certa promissio est, *Date & Dabitur*; non verba Deus dat rebus vacua, emar-

A.  
Date Da-  
bitur sunt  
2. germani  
fratres, à  
se mutuo  
inseparabi-  
les.  
(1) Corr.  
in Luc. 6.

Hh 3

cida,

cida, emedullata, & uno sui sonô grandia, quod passim hodie ex Gallia meditaliio transumptum, avi nostri pseudopolitico thratonibus est receptum. Ita fidelis Deus est, ut nihil unquam decipiat, neque vanâ spe ludat amantem, ita liberalis Deus est, ut danti plus semper, quàm datum sit, rependat, pro haulu aquæ frigidæ amplissimam mercedem, pro modica eleemosynæ præbenda grandes in cœlo thesauro. Non sic benefacta terrarum principes resarciunt. Memorat Aristoteles (2) Dionysium olim Siciliae tyrannum, regno tandem suo exauctoratum, & pro sceptro virgas vibrare iussum didactalam, cum adhuc rerum potiretur, suam in Regiam nobilem cytharadum evocasse, ut cantu suo omnem mœsticiam procul animo profigaret; sanxit cum eo hanc legem, ut quò doctior quò vivacius esset fidibus suis collurus, eò etiam amplior esset mercedem relaturus. Usus est ingenio suo cytharædus, & omnes nervos intendit, ut quàm bellissimè Regi luderet; præmiò amplissimò ad omnem artem & industriam extimulatus. Placuit Dionysio docto pollice mota testudo, ita quidem, ut palam profiteretur, nil suavius unquam regis aures illapsam; Spe itaque regalis doni lactatus, altero die Asiam repetiit, promissam mercedem recepturus; at vidit, se spe sua enormiter frustratum; cum enim regis vultus subintrasset, his eum vocibus irruit tyrannus: & quæ tu debita, quæ pacta solvi urges? nunquid totum id, quod pollicitus sum, tibi actu persolvi? nunquid tibi par pari retuli, & pro voluptate mœsto affusa, mutuum voluptatem reposui, sperni lucri maximam, sinu tuo receptam? i ergò, & quod tuum est, tecum reporta, vel si mavis, curabo, ut viam redeundi monstrant tibi satellites mei &c. Sic vacuis manibus aula excelsit, cujus hodie vestigia premunt milleni, post exhaustas vires contenti, si viam soli, utut vacui, domum relegant. Nihil horum de DEO nostro somnietur, qui pro eo, quod pauperi datur, centuplum dare repromittit, lucrò ineffabili semper ad dantem resultaturò. Fingunt Poëtæ Pandoram, quam Hesperidus canit, primam mulierem fuisse, à Vulcano jussu Jovis fabricatam, & à singulis Diis peculiaribus donis instructam, Pallade sapientiam conferente, formam Venere, Musicen Apolline

(2) Arist.  
l. 9, moral.

B,

Dei promissa sunt  
viva efficacia, & vera hominum falsa, smaragda,

C,

Aulicum  
Deo gratias,

line, Mercurio eloquentiam; inde autem dictam esse Pandoram, quasi rerum omnium compendiosissimum donum, seu **D.** Eleemofy-  
 omni donorum genere cœlitus instructam. Apage tabulam, na veri-  
 quam pridem historiam fecit *Misericordia* in pauperes trans-  
 nomini  
 lata; hoc veri nominis Pandora est, omni donorum genere d-  
 Pandora  
 vinitus aucta, omni gratiarum charismate cœlitus exornata. est, omni-  
 bus gratiis  
 Quidquid charitum & gratiarum, quidquid donorum ac præ-  
 instructor.  
 miorum esse potest in ardentibus votis, hæc *Misericordia* uber-  
 tim pariet, pauperibus collata. Non veniant in quæstionem  
 teirea, mundana. Quid felicius, quid exoptatius morte bo-  
 na, morte beata? *date & dabitur*, quid? *mensura bona, con-*  
**E.** Mortem  
*ferta, & coagitata & superfluens* (3) mors fortunata. Sic conciliat  
 omnes *Misericordia* devotos optimè jubet ultimo in articulo beatam.  
 suo sperare in Veteri Lege Tobias, & in nova Vates Strido-  
 (3) Luc. 6.  
 nensis. Ille sic (4) vaticinatur: *eleemofyna à morte liberat*, (4) Tob. 4.  
 & non patietur animam ire in tenebras: hujus vaticinium sic  
 (5) sonat: *non memini, me legere, malâ morte mortuum*, (5) S. Hier.  
 qui libenter opera charitatis exercuit; *habet enim multos in-*  
 Ep. ad Ne-  
*tercessores, & impossibile est, multorum preces non exaudiri.* pot.  
 Nunquam fortius homini oreus infidiatur, quàm cum fracto  
 corpore, totus homo ad mortem usque infirmatur; vis itaque  
 totam stygem à moribundi læticia profligatam? *misericiordiam*  
 in pauperes exerce, & ecce canentem ocius Psalmistam: *Bea-*  
 tus, qui intelligit (6) *super egenum & pauperem*. Cur? in (6) Pl. 40.  
 die mala liberabit eum Dominus. Et à quo malorum genere  
 liberabitur? audi porrò: *Dominus conseruet eum, & vivificet*  
 F. Fugat dæ-  
*eum, & non tradat eum in animam inimicorum ejus.* Innu-  
 mones.  
 G. Angelos  
 it hic loci Vates Regius, dæmones procul in exilium agendos,  
 cum misericordiæ cliens meriturus se præparat æternitati;  
 horum in vicem, pauperum patri potiùs Angeli assistent, qui  
 alias perpetim latera stipant hominis misericordiæ additi, pro-  
 ut fusè Barry (7) probat in pædagogia, ubi alia inter juvenem  
 adducit, cui noctu ad ægrum pauperculum bellaria deferenti,  
 (7) Paul.  
 spectabilis Angelus præluxit. Simile quid expertus quoque Barry. n.  
 fuit S. Wandregisilus Comes; cum enim se humi flecteret, Pædag. c. 2.  
 ut propriis manibus stipem pauperculo erogaret, atque unâ  
 vestes suas lutò inficeret, adstans Angelus mox vestes infectas  
 pur-

H.  
Optimè  
negotia-  
tur.  
8) S. Chry-  
sol. Ser. 8.  
& 26.

purgavit, ut nec umbra maculæ remaneret. Quid multis omnium locò unus (8) Chryfologus audiatur: *o feliciffima negotiatio! pauperi terra datur, & cælum recipitur: pauperi numus expenditur, & regnum acquiritur: pauperi panis paritur, & paradifus obtinetur.* Formant adeò tibi fperimè dubiam omnes *Mifericordie* Clientes, omne bonum cogitabiles omne donum ac donarium in vita & post fata confequendi: nempe, fugam dæmonem, affiftentiam Angelorum mortem feliciffimam, vitam post fata beatam, verbò, pro terra cælum, pro nummo regnum, pro pane paradifum.

I.  
E contra-  
rio Immi-  
fericordia  
peffimam  
mortem  
conciliat,  
fugat An-  
gelos, al-  
licit dæ-  
mones,  
& orcum  
lucrat.

At nolim ultrà huic periochæ immorari, quam factis ab undè explicuimus; cum *t. t. p. 1. Tub. Analog.* hanc ipsà Dominicà *Talionem Mifericordie* describeremus. Erunt fortiffimi qui ardentius fcire gelliant, quid lucri ex immifericordia reportent barbari nobiles, offeri iudices, inhumani prætores, ferrei officiales, asperi confules & feroces grammatei &c. Scribæ, advocati, qui non tantùm in pauperes nihil erogant, sed eos etiam premunt & deglubunt, torquent & defraudant, exfugunt & excoriant. Facili refponfo hæc curiositas abfolvitur. Ex Aristotelis fententia, *contrariorum eadem est difciplina*, ergò fi lucrum probè cepiffi *mifericordie* proprium, inde pariter *immifericordie* lucrum à contrario defumes. Quantum boni ex aurea in pauperes charitate hauriunt *Mifericordes* tantum mali ex afperrima barbarie fua truculentè carpunt *Radamanti*: illorum latera ftipant Angeli; horum lateri hæreat horum itinera comitantur feroces diaboli, ut mox patebit; illi in Domino moriuntur, hi in dæmone vitam cum fanguine fundunt, illis post fata certus eft cœleftis paradifus, hos mortis truculenta necatos, corripiet tartarus, *ignis ubi ardebit non debilis ævo.* Illorum tumulus erit gloriofus, horum verò fepulchrum erit *phlegeton*, *stygis ampla vorago.* Da avarum fanguifugam, da pauperum tortorem, dicam pariter euehorem dari, qui in feipfo characteres orci circumferat, imò talem S. P. Aug. (9) *animatum infernum inferno fimilem vocat qui eò plus defiderat, quò plus devorat; crefcit inde potentia crefcit etiam pana.* Fuit talis Euclio Evangelicus, durus & afper in millefos pauperes, quibus etiam micas fubtraxit, plus

(9) S. Aug.  
Ser. 61. ad  
frat. in  
erem.

canibus pascendis, quàm saturandis pauperibus addictus. Nemo quærat, cur linguam suam dives ille amburi doleat, eam que gestiat guttula refrigerari, teste iterum Aug. (10) *uritur lingua pauperibus insultans*. Noluit quidquam in pauperes erogare euclio ille? nec afflictionem addere debuit afflictis, in mendicos diris ac trucibus vocum scommatis inventus: *uritur lingua pauperibus insultans*, per quæ peccavit, per hæc torquetur. Audiatur hic denud Aug. (11) *Si potes dare, da; si non potes dare, te affabilem prabe*. Coronat DEUS intus bonitatem, ubi non invenit facultatem. Nemo dicat, non habeo, *charitas de sacculo non erogatur*. Vult dicere S. Pater neminem ab elemosyna danda excusari, nemo dicat, nil habeo, piam da voluntatem, ubi opus deficit; da charitatem, & verbis pacificis dimitte pauperes; & ecce DEUS tam mitis est, ut piam dandi voluntatem, charitatem verbis exhibitam pro opere reputet - juva ut potes verbò & consiliò pauperuculos, & mitius tracta cum inedia luctantes, & jam dedisti, quod DEUS coronet. Id si euclio fecisset Evangelicus, fortè in orco sepultus non fuisset; at quia potius contrarium exhibuit, & se per ipsos pauperes ditavit, prædæcessit tartaro, sepultus in averno. Hoc hoc assertum jam statui cepto hæctenus ritu, tragicò quòdam exemplò fulcire, unde omnium aures tinniant, eorum maximè, qui ad urnam sedent judiciariam, ut quod æquum est, cuilibet decernant, interim iniquis sententiis justitiam violant & charitatem, jura statuunt impietati, pauperes multis onerant & tributis; qui cum auri ardeant insatiabili cupiditate, causas procrastinant, lites trahunt, innumeris captiunculis, technis & sycophantiis instructi, dum altera pars improbè exfugatur, altera penitus ad incitas redigatur; qui ut lucrum augeant, grandibus unguentis obliti jam protocolla evertunt, jam fallaces & mendaces literas subscribunt, jam uni parti assistunt, & clàm cum altera colludunt, jam totum judicialem urnam in proprium commodum convertunt, jam ex musca faciunt elephantum, ut enormem sententiam, verè bruta fulmina prægnantibus buris præveniant &c. Talis erat, quem tecto nomine terni

K.  
 Probatur  
 ab Erang.  
 Euclione.  
 10) S. Aug.  
 Ser. 227.  
 de temp.  
 11) S. Aug.  
 t. 9. tract.  
 de Con-  
 servat.

L.  
 Per recca-  
 tiorum tra-  
 gœdiam  
 confirma-  
 tur.  
 Hist.

ii descri-

(12) S. Pet.  
Dam. in  
ep. ad Cint.  
(13) Jo-  
seph. Ba-  
lard. l. 5.  
hist. ex. 3.  
(14) Cibl.  
p. 2. spec.  
n. 1756.  
(15) Caf-  
fiod. in  
Pfal. 73.

(16) Philo.  
lib. in Flac-  
cum.  
(17) Barth.  
l. omnes  
populi ff.  
de inst. &  
jur.  
(18) Apu-  
lejus. l. 10.  
(19) S.  
Hier. in  
Sophon.

describunt S. Petrus (12) Damiani purpuratus Ecclesie Patris Josephus (13) Balardinus fide tua dignissimus Author, & post utrumque (14) Ciblerus. Nec nomen additur nec locus nec provincie nec annus, ut honori familie consulatur. Ultimo loco relatus vocat eum titulum omnibus advocatis communem *Legulejum* seu Legis Doctorem advocatum. Advocatus si fuerit illorum ex numero fuit, quos vivis coloribus depingit (15) Caffiodorus hunc in modum: *hi sunt, qui causas proferunt adhibiti, impediunt pratermissi, fastidiunt admoniti, obvisantur locupletati. Hi sunt, qui emunt lites, vendunt intervenciones, deputant arbitros, judicanda dicunt, dictata convolvunt, attrahunt litigaturos, protrahunt audiendos, retrahunt transigentur; quos calamitas suo innocentiam jugulantes vocat* (16) Philo. *Canes & curiarum voratores* (17) Bartholus, *togatos vultures* (18) Apuleius. *Arabia lupos, prada insatiabiles belluas*, (19) S. P. Hieronymus. Crediderim tamen eum sic dictum, quod ab advocatice officio, more huic etiam recepto, promotus sit vel ad Pratoris vel ad archigrammatei, vel ad officialis, aut Notarii publici, ad Præsidis aut Syndici munus; actus enim, quos exercuit, & quibus enormiter ditavit, non puris competunt advocatis, sed iudicibus urnariis & magistratibus; tales magistraticos actus paulo ante descripsimus, & erant sequentes: improbis sententis iustitiam violare lucri gratia, jura reprobis statuere, pauperes multis onerare, exactiones male distribuere, protocolla evertere, literas viduitatis lurconi viro expedire vivente Bertha conjuge &c. Hunc ergo seu advocatum seu rectius Judicem aut pratoretem, nunc rite baptizemus. Nomen *Leguleji* commune nomen est omnibus advocatis aptabile. Si fingere concessum est, dicamus eum posthac *Plutophilum* græco nomine quod tamen rebus & actis ejus apprimè conveniat. *Philos* græcè *amans* dicitur, *Plutos* græcis duo Numina representant, nempe *Plutonem* Deum averni, & *Plutum* Deum divitiarum, alio nomine etiam *Dis* dictum & *Ditem*. Utrumque hoc idolum *orci* & *aurei* ita coluit *Plutophilus* & amavit, ut ex *Plutoni* opibus pessimè collectis nec nummum restitueret, nec obolum in pauperes erogaret, plus ultra semper per fas & nefas pe-

culjo augendo immerfus, & cum *Plutone* orci principe arctam familiaritatem, imò ipsam quoque fraternitatem contraheret, quæ tandem vitâ stetit duplicatâ, mortali simul & immortalis, prout mox audiemus. Quot in se diras exciverit euclio iste *Plutophilus*, pronum est conjicere. Dicebant ei anathema magni, minimi, pauperes & opulenti; hos enim bellissimè depilavit, & illos usque ad probrotissimam restim ultimum desperationis actum promovit, ut Mammona cresceret iniquitatis. Sic plures agros & jugera campi corrasit; sic ædes & villas piceis unguibus captavit; sic bona rapuit aliena, ut se ac suos ditaret. Tenuit plures annos tyrannis ista, in tumulum usque duratura, nisi justò Dei judiciò morte horridum in morem præoccupatâ cornuto fratri suo *Plutoni plutonia* præda cessisset, à stygio vespillone suis pro meritis in orco sepultus *Plutophilus*. Rarò hi pauperum tyranni & sanguisugæ facto naturali exspirant; ut plurimum mortem obeunt repentinam & violentam, quam tot rusticantium execrationes, tot pauperum imprecationes, tot civium ac viduarum vim & violentiam passorum Thyestæ preces maturant. Hoc ultimum ut sic lucrum erat, quod ex suis populi gementis fatalibus presuris & decumanis iniquitatibus *Plutophilus* reportavit pessima morte extinctus sanguisuga, sicut optima mori solent justii elemosynarii ac pauperum patroni, justitiæ incorruptæ fideles administri. Accidit fortè, ut, cum equò sublimis suam in villam duabus horis ab urbe distinctam *Plutophilus* contendere, alius quidam forma exteriori Legulejum repræsentans, eadem viâ ceptum iter perageret, illud ultra villam *Plutophili* propriè moliturus. Hic licet ignoti esset laris, ostendit tamen suo familiari colloquio, se tanquam forenses rabulam libitibus serendis natum, jam pluribus causis linguam exacuiffe, & lucra lucris accumulâsse. Lætus itineris sociò joviali & facundò, suam ad mensam foris decretam gratum hospitem propter communia studia peramicè invitat. Renuit hospes, iterum iterumque rogatus annuit tandem repetitis precibus, cum eo iter suum jocos inter & sales prosecutus, quibus tanta mutuo familiaritas contracta est, ut alter alterum etiam fratrem salutaret. Ah quàm præceps in amicitiam ruit *Plutophilus*? nihil



tam rarum & inventu difficile est, quam veri nominis amicus. *Milibus ex multis unus vix fidus amicus; hic albò corvò raris esse solet.* Nulla via ita hodie trita est, quam per amici fallere vultum. Et certè ut nullæ sunt occultiores, ita nec nocetiores sunt insidiæ, quam in officii simulatione delitescant, septenti frigore rigenti dum se tractari & palpari patitur, sua non defunt venena. Per magnam amicitiam maxima copia fallendi succrescit. Id si ullus unquam suspectus est, scò ante omnes alios exitiò didicit *Plurophilus*. Credebat iste se alterum *Pluriladen* nactum esse, cui se ac sua candidè committeret; at brevi vidit ejus toni esset fraternitas. Joci jocis, sales salibus miscbantur, lepòrum & facetiarum una erat materia meretricum commatis amplificata, ovium tonsura veri nominis lanionibus leguleis ut plurimum recepta, ac pellis humanæ medicinalis vicia contra phthisin, eam maximè, quam inanes bursæ patiuntur. At ecce dum has inter argutias & hilares lusos de corio alieno suum prosequuntur, tremor subitus præcordia irruii *Plurophilus*; obstupuit, gelidusque comas erexerat horror; vox faucibus hæsit; vidit enim subito ex capite socii equitis cornua prognata, oculos ignescere, nares in rostrum corvari, digitos in horridis unguibus, pedes in bisulcas ferarum ungulas degenerare. Munit præcordia iteratis crucibus; cum enim Sacrorum osor esset contumacius, sacratos Dei agnos è collo pendulos flocci fecit & contempsit. At frustra Crucem hosti objecit, quem ultrò invitavit, *turpius ejicitur quam non admittitur hospes*, quem pro fratre suo agnovit, locò pellere non potuit. Falsus est ultrò invitatus comes, se dæmonem esse, at ne sodalitiò turbaretur, ultrò voluit ceptos sales & jocos resumere, paruit ad oculum *plurophilus* & licet intus totis animis tremisceret, videri tamen noluit pavorem animò concepisse; perrexit adeò telam prosequi de tota nerva. Hoc inter ad casam ventum est ruralem, ubi mopsitan recalcitranti porco iratus has in eum diras fulminabat: ut te *Diadæ*; pervicax porce trifulco fulmine! ut de vivis rapiat *diadæ*! risit adhæc *plurophilus* & mox ad socium fratrem conversus hem audis quid *Mopsus* iste? cape prædam, tua est, tibi cum *lecto* devota, quid moras nectis? credebat hac ratione se *stygio* comitatu liberat-

liberandum, si porcum abriperet; at vidit se graviter deceptum; reposuit dæmon blando rictu in amicum referato: necdum tempus est mi frater; non ex animo hæc fulmina vibrat Mopsus, sed ex pessimè inveterata consuetudine; ideò tantus non est, quia seriò animò mihi hæc præda devota non est, adhæc porcinam non esurio, spero adipaliora, animas hominum esurio, quibus tamen nunquam exsator. Vade rape, unum cape tuo in capitolio plutophile, debebant hæc scommata mordacitatis plena plutophili præcordia penetrare; sed qui hæc hausit cribrosis auribus, ad imas animi fibras non admisit acerbos sales, & eninus intentatum fulmen. Ventum est ad alias plures sibi contiguas ruricularum casas, ubi ex prædominante ira in discolam prolem; hæc altum lacrimanti puerulo imprecari audita est lurida mater: ut te stygius auferat Alastor! ut te hinc vivum dæmon abstrahat, nisi velis clamores ac gemitus reprimere! alteris ergò vicibus à plutophilo diabolus sollicitatur: hem paulò ante tibi desipuit porcina, nunc tibi anima devovetur, rape quod tuum est & vade. Risit adhæc stygifax & cramben reposuit antiquam: necdum tempus est. Non ex animo Mater loquitur, voces has præceps ira eructat; & quid prodest infantem rapuisse, cujus animam labis puram mox sibi vendicant Angeli, meliora exspecto. Sic naso suspensus aduncò & hic spe sua excidit plutophilus. Ventum est tandem ad pagum satis populosum, in quo plures erant, qui causâ suâ per Plutophilum dejecti, opibus suis & fortunis, artibus ejus enormiter mutilati, aliqui propè ad incitas sunt per ipsum hunc sanguisugam redacti, fisco per vim addicti, unde suam inanem bursam grandibus bolis tumescit. Viso itaque hoc sanguisuga omnes ocuis concurrere, omnes unis vocibus quævis dira imprecari, en execrabilem atheistam! en pauperum oppressorem? ruricularum avernalem tyrannum! ut te diabolus ex equo tuo præcipitet! ut te cum anima & corporis trunco in orcum rapiat belzebub! ut te tandem pro meritibus tuis in mille frustra tartareus dæmon discerpat! latro, fur, nebulo, carnifex, orci sperma, averni victima, publica peltis, pauperum sanguisuga! horruit ad preces istas & vota plutophilus, risit tartarus & mox verò ad eum vultu: audis quas pro te preces fundant tributarii tui & vectigales, quos ad ultimam sanguinis guttam exsuxisti, hi ex animo loquuntur, & de totum stygi de-

Ii 3

vovent

M.  
Vis & Vir-  
tus impre-  
cationum.

vovent flagrantibus desideriis: jamjam tempus est frater mihi, hunc malitiæ tuæ terminum posuit Altissimus; jam tempus est. Audiit horum diras imprecationes Deus, & te mihi prædam indidit, vade nunc & meus esto hospes in orco. Dixit hæc stupentibus rusticellis phlegeton & mox in teterrimum dæmonem transmutatus equum cum sessore abripuit, coram toto pænè pago hæc ad spectaculum effulo, in aëre spectantibus rusticellis equum & corpus Plutophili in frustra dilaniavit, & animam impio corpore conclusam secum rapuit Acheron. Hæc summa tragœdiæ, quam cum euclione isto plutus ludit & pluto.

Opt. AA. sunt aliqui hęc ævō ita ferrei, ita obturati hominum Timones, ut, nisi signa viderint & prodigia, quibus surlum arrotæ stent comæ, nec flēcti, nec emolliri se patiantur, ut mittantur cum subditis, cum pauperculis, habent proin hoc in plutophilo, quod suspiciant, quod timeant & vereantur. Nolunt vitam claudere fatō ita tragicō, execrandō? omnem avaritiam, omnem vim ac perfidiam, omnem barbariem ac truculentiam animis proscribant; omnem iniquitatis Mammonam procul à se profligent, & prompta charitate in Domino pauperculos amplectantur. Dent potius ex proprio, non ex alieno, & dabitur illis vicissim mors beata, mors fortunata, mors Angelis stipata, mors gratiosa, & post hanc vita mori nescia, vita omni bonorum aggregatione perfecta, omni deliciarum genere instructa, vita perennis & immortalis vita in secula seculorum. Amen.

